

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ambicio r
cum fontibus proximo et primo

Ambicio est quedam simia caritatis.
Caritas enim paciens est pro eternis;
ambicio patitur omnia pro caducis.
Caritas benigna est pauperibus, ambicio diuitibus.
Caritas omnia suffert pro ueritate, ambicio pro uanitate.
Vtraque omnia credit, omnia sperat,
sed longe dissimili modo.

Petrus Rauennas in quodam sermone.

Ambitio est quedam simia caritatis.
Caritas enim paciens est pro eternis.
ambitio patitur omnia pro caducis.
Caritas benigna est pauperibus. ambitio diuitibus.
caritas omnia suffert pro ueritate. ambitio pro uanitate.
utraque omnia credit. omnia sperat.
sed longe dissimili modo.

Flores paradisi b (BnF MS lat. 15982, fol.176va). (“de caritate et ambitione” in marg.)

Ideoque
ambitio est quaedam simia caritatis.
Caritatis enim paciens est pro aeternis,
ambitio patitur omnia pro caducis.
Caritas benigna est pauperibus, ambitio diuitibus.
Caritas omnia suffert pro ueritate, ambitio pro uanitate.
Utraque omnia credit, omnia sperat,
sed longe dissimili modo:
haec ad gloriam huius vitae, illa ad gloriam sine fine,
nam in igne aliter se habet aurum rutilans
et aliter palea fumans.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 14B.16.6 (L. Wahlgren ed., p.159, ll.158-164). cf. PL 207, col.46D-47A